

Formulae

## Testificatio de Suscepto Aureo Vellere.

82

Sigismundus Dei gratia rex Polonia  
 etc: Manifestum facimus per presen-  
 tes, quibus expedit universis, quia die  
 vigesima secunda Octobris in ara no-  
 stra regia Cracoviensi et ecclesia cathe-  
 drali, post missam solemniter decanta-  
 tam, suscepimus ordinem et torquem  
 ea viginti duabus particulis contentam,  
 cum insigni aurei Vellere, de manibus  
 illustris Caroli Philippi de Burgundia  
 baronis in Bredam et Lofsegem, con-  
 siliarii, commissarii et oratoris serenissi-  
 mi et excellentissimi principis et domi-  
 ni domini Caroli quinti Romanorum im-  
 peratoris augusti, ac Hispaniarum re-  
 gis catholici, ipsius sacratissimi ordi-  
 nis aurei Vellere supremi et capituli,  
 assistente illi magnifico Joanne Fusii  
 caduceatore eius maiestatis cesareae, et  
 ipsius ordinis mareschalco, inibique de  
 observando ordine iuxta articulos per nos  
 susceptos, de remittenda torque ipsa post  
 nostrum obitum eidem ordini, iuramen-  
 tum prestimus. In cuius rei etc:

1519.

